



## Plautus, *Mostellaria* 1-312

### Argumentum

Manu misit emptos suos amores Philolaches,  
 Omnemque absente rem suo absumit patre.  
 Senem, ut revenit, ludificatur Tranio:  
 Terrifica monstra dicit fieri in aedibus,  
 Et inde pridem emigratum. intervenit  
 Lucripeta faenus faenerator postulans.  
 Ludosque rursum fit senex; nam mutuom  
 Acceptum dicit pignus emptis aedibus.  
 Requirit quae sint: ait vicini proxumi.  
 Inspectat illas. post se derisum dolet,  
 Ab sui sodale gnati exoratur tamen.



### Erste Szene (1-83): Streit der Sklaven Tranio und Grumio (Vorgeschichte)



## Zweite Szene (84-156): Haus-Gleichnis des Philolaches

{PHIOLACHES} Recórdatus múltum et diú cogitávi  
 85 argúmentaque ín pectus ínstitui multa  
 ego, átque in meó corde, si ést quod mihi cor,  
 eám rem volútavi et diú disputávi,  
 hominém cuius réi, quandó natus esset,  
 similem ésse arbitrárer simulácrumque habére:  
 90 id répperi iam exémplum.  
 novárum aedium ésse arbitrór similem ego hóminem,  
 quandó natus ést. ei rei argúmenta díciam. [...]  
 101 aedés quom extempló sunt parátae, expolítæ,  
 factaé probe examússim,  
 laudánt fabrum atque aedés probant, sibi quíisque inde  
 exemplum épetunt. [...]  
 108 átque illud saépe fit: témpetas venit,  
 cónfringit tégulas ímbricesque: ibi  
 110 dóminus indíligens réddere aliás nevolt;  
 vénit imber, péravit párietas, pérpluont,  
 tígna putéfacit, pérdit operám fabri:  
 néquier fáctus iam est úsus aedium.  
 átque <ea> haud ést fabri cùlpa. [...]  
 117 párietas ruont: aédficantur aédes totae dénuo.  
 haec árgumenta ego aédficiis díxi; nunc etiám volo  
 dicére, ut homines aédium esse símilis arbitrémini.  
 120 primúmdum paréntes fabrí liberúm sunt:  
 ei fúnđamentúm substruont liberórum; [...]  
 126 expóliunt: docént litterás, iura, léges,  
 sumptú suo et labore  
 nitúntur, ut alií sibi esse illórum similis épetant.  
 ád legionem [...]  
 131 abeunt á fabris. únum ubi emeritum est stipendium,  
 igitúr tum specimen cérrnit, quo evéniat aedificatio.  
 nám ego ad illúd frugi usque ét probus fui,  
 ín fabrorúm potestáte dum fui.  
 135 póstea quom ímmigravi íngenuum in meum,  
 pérddi operám fabrorum ílico oppido.  
 vénit ignávia, ea míhi tempestás fuit,  
 mi ádventu suo grándinem [imbremque] attulit;  
 haéc verecúndiam mi ét virtutís modum  
 140 déturbavít detexítque a me ílico;  
 póstilla optígere me nélegens fui.  
 contínuo pro imbre amór advenit [in cor meum],  
 is úsque in pectus pérmánavit, pérmadefecit cór meum.  
 núnc simul rés, fides, fáma, virtús, decus  
 145 déseruerunt: égo sum in usu fáctus nimio néquier. [...]  
 149 cór dolet, cum scio ut núnc sum atque ut fui.



### Dritte Szene (157-312): Kosmetikszene (Philematium, Scapha, Philolaches)

- 161 [...] {PHIOL.} O Venus venusta,  
haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem  
detexit, tectus qua fui; tum mihi Amor et Cupido  
in pectus perpluit meum, neque iam umquam optigere possum:  
165 madent iam in corde parietes, perierte haec oppido aedis.  
{PHILEM.} Contempla, amabo, mea Scapha, satin haec me vestis deceat.  
volo mé placere Philolachi, meo ocello, meo patrono.  
{SC.} Quin tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tute es?  
non vestem amatores amant [mulieris], sed vestis fartim.  
170 {PHIOL.} Ita me di ament, lepidast Scapha, sapit scelestia multum.  
ut lepide omnes mores tenet sententiasque amantum. [...]  
173 {SC.} Virtute formae id evenit, te ut deceat quidquid habeas.  
{PHIOL.} Ergo ob istuc verbum te, Scapha, donabo ego hodie aliqui, [...]  
181 {PHILEM.} Ego verum amo, verum volo dici mihi: mendacem odi. [...]  
187 {SC.} Tu ecastor erras, quae quidem illum expectes unum atque illi  
morem praecipue sic geras atque alias asperneris.  
190 matronae, non meretricium est unum inservire amantem.  
{PHIOL.} Pro Iuppiter, nam quod malum versatur meae domi illud?  
di deaeque me omnes pessumis exemplis interficiant,  
nisi ego illam anum interfecero siti fameque atque alg.  
{PHILEM.} Nolo ego mihi male te, Scapha, praecipere. {SC.} Stulta es plane,  
195 quae illum tibi aeternum putes fore amicum et benevolentem.  
moneo ego te: te ille deseret aetate et satietate. [...]  
198 postremo, si dictis nequis perduci, ut vera haec credas  
mea dicta, ex factis nosce rem. vides quaé sim; et quae fui ante.  
200 nihilo ego quam nunc tu amata sum; átque uni modo gessi morem:  
qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutavit,  
reliquit deseruitque me. tibi idem futurum credo.  
{PHIOL.} Vix comprimor, quin involem illi in oculos stimulatri. [...]  
{PHILEM.} Solam ille me soli sibi suo <sumptu> liberavit:  
205 illi me soli censeo esse oportere opsequentem.  
{PHIOL.} Pro di immortales, mulierem lepidam et pudico ingenio.  
bene hercle factum et gaudeo mihi nihil esse huius causa. [...]  
223 Vtinam nunc meus emortuos pater ad me nuntietur,  
ut ego exheredem meis bonis me faciam atque haec sit heres.  
235 {SC.} Iam ista quidem absumpta res erit: dies noctesque estur bibitur,  
neque quisquam parsimoniam adhibet: sagina plane est.  
{PHIOL.} In te hercle certumst principe ut sim parcus experiri,  
nam neque edes quicquam neque bibes apud me his decem diebus.  
{PHILEM.} Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit:  
240 nec recte si illi dixeris, iam ecastor vapulabis. [...]  
245 {SC.} Video te nihili pendere prae Philolache omnis homines.  
nunc, ne eius causa vapulem, tibi potius adsentabor.  
[si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.]  
{PHILEM.} Cédo mi speculum et cum ornamentis arculam actutum, Scapha,  
ornata ut sim, quom huc adveniat Philolaches voluptas mea.  
250 {SC.} Mulier quae se suamque aetatem spernit, speculo ei usus est:  
quid opust speculo tibi, quae tute speculo speculum es maxumum?  
{PHIOL.} Ob istuc verbum, ne nequiquam, Scapha, tam lepide dixeris,  
dabo aliquid hodie peculi tibi, Philematium mea.  
{PHILEM.} Suo quique loco (viden?) capillus satis compositus commode.



- 255 {SC.} Vbi tu commoda es, capillum commodum esse credito. [...]
- 261 {PHILEM.} Tum tu igitur cedo purpurissum. {SC.} Non do. scita es tu quidem.  
nova pictura interpolare vis opus lepidissimum? [...]
- 272 {PHILEM.} Etiamne unguentis unguendam censes? {SC.} Minime feceris.  
{PHILEM.} Quapropter? {SC.} Quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.  
nam istae veteres, quae se unguentis unctitant, interpoles,
- 275 vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt,  
ubi sese sudor cum unguentis consociavit, ilico  
itidem olent, quasi cum una multa iura confudit cocus. [...]
- 292 {PHIOL.} Nimis diu abstineo manum.  
quid hic vos agitis? {PHILEM.} Tibi me exorno ut placeam. {PHIOL.} Ornata es satis.  
abi tu hinc intro atque ornamenta haec aufer. sed, voluptas mea,
- 295 mea Philematium, potare tecum conlibitum est mihi.  
{PHILEM.} Et edepol mihi tecum, nam quod tibi libet idem mihi libet,  
mea voluptas.



## ANHANG ZUR INTERPRETATION – Manfred Fuhrmann, Die soziale Grammatik des Lachens

### 1. Die wichtigsten Elemente der hellenistisch-römischen Komödie

- (I. Ideale Ordnung des bürgerlich-privaten Alltags, der Familie)
- II. Zerstörung der Ordnung durch Zufälle oder Fehlverhalten
- III. Wiederherstellung der Ordnung durch Überwindung der Hindernisse

| HANDLUNG<br>(thematische Gliederung der Hindernisse)   |  | ERGEBNIS   |  |
|--|--|--|--|
| I./II. Vorgeschichte   | Bühnenhandlung   | III. Bereinigung des Vergangenen                               | Gestaltung der Zukunft                                 |
| 1. a) Faktische Trennung<br>b) Trennung mit Statusverlust  |  | Familie vereint<br>Status wiederhergestellt<br>Familie vereint | Alte: keine Veränderung<br>Junge: Hochzeit, Liebesbund |
| 2. a) Eheliches Fehlverhalten (Mann-Frau-Konflikt)<br>b) Fehlverhalten des Sohnes (Vater-Sohn-Konflikt)<br>c) Fehlverhalten des Sklaven (Herr-Sklave-Konfl.) |  | Familie versöhnt   | Sklaven: Freiheit                                      |
| 3. Konkurrierender Plan  |  | Rache  |  |
| 4. Charakter, Beruf  |  |  |  |
| Plautus, <i>Mostellaria</i> :<br>_____   | 2.b) Prasserei des Philolaches<br>2.c) Intrigen des Tranio<br>→ Täuschung des Vaters | Versöhnung Vater-Sohn und Herr-Sklave                          | _____  |

(nach FUHRMANN 68/73)

## LITERATUR

- Text und Kommentare:** Plauti Comoediae, F. Leo (Hg.), 2. Band, Berlin 1896.
- Ausgewählte Komödien des T. Maccius Plautus, erklärt von August O. Fr. Lorenz, 2. Bändchen: *Mostellaria*, Berlin 1866.
- Plautus, *Il fantasma*, A. Q. Moreschini (Hg., Komm.), Torino 1970.
- Glücklich, H.-J.: Plautus: *Mostellaria*. Text mit Erläuterungen, Arbeitsaufträge, Begleittexte und Stilistik, Göttingen 1981.
- Glücklich, H.-J.: Die *Mostellaria* des Plautus im Unterricht, Göttingen 1981 (Consilia 3).
- Bilder:** Oberst, H.: Plautus in Comics. Die Gespenstergeschichte (*Mostellaria*) mit dem lateinischen Text, Zürich 1971.
- Übersetzungen:** Plautus, *Mostellaria* – Gespensterkomödie, W. Hofmann (Üs.), München 1979.
- Komödien, Plautus, P. Rau (Hg., Üs.), 4. Band, Darmstadt 2008.
- Einzeluntersuchungen:** Fuhrmann, M.: Lizzenzen und Tabus des Lachens – Zur sozialen Grammatik der hellenistisch-römischen Komödie, in: W. Preisendanz, R. Warning (Hg.): Das Komische, München 1976 (Poetik und Hermeneutik VII), 65-102.
- Janka, M.: Jenseits der Plautus-Analyse. Die „*Mostellaria*“ („Gespensterkomödie“) als komisch verkehrte „Odyssee“, in: Festschrift für H. Gärtner, München 2004, S. 55-80.
- Leach, E. W.: De exemplo meo ipse aedificato: an organizing idea in the *Mostellaria*, Hermes 97, 1969, 318-332.
- Perutelli, A.: Il tema della casa nella *Mostellaria*, Maia 52, 2000, 19-34.
- Weide, I.: Der Aufbau der *Mostellaria* des Plautus, Hermes 89, 1961, 191-207.